



**F Baptista Mantuani Bucolica Seu adolescentia in decem
eglogas diuisa**

Baptista <Mantuanus>

Daventrye, 1505

Baptista mantuani Carmelite in laudem Jo. Bap. pro natali eius. Carmen.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70222](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70222)

Baptista mantuani Carme dice in laudem
Jo. Bap. pro natali eius. Carmen.

Miser eterna: iuuenis dignissime vita
Ante deum prece. lucifer ante diem;
Nam puerum supra puerilem gratia sensum
Tetulit vt fieres nunci⁹ ante deum
Sancta tuis hodie libamina ponimus aris
Et damus in festos thura. labea focos
Scilicet vt vite casus expertus iniquos
Auxilio generi sis memor esse tuo
Hec est illa dies: qua prime gaudia prolis
Accepit senio fessus vterq; parens.
Magnus es: et sancti retines loca prima senatus
Et prope virgineum crederis esse latus
Et sibi te prefert. nisi sint oracula vana:
Omnis in etherea sancta chaterua domo
Reputat indignum toti qui presidet orbi
Quod iuuenis tetricos poneris ante senes.
Illic in precio virtus: cotemnitur etas
Nec quantum sed quo vita sit acta modo
Iure igitur propter meritum preciarasq; gesta
Te decorat primo turba beata loco
Ad te virginea venit puer insitus aluo
Et sine vocali protulit isra sono
Nascere magne puer: propera dignissime natum
Secula noua et legem nuncia adesse nouam
Et genus humanum veracibus argue dicitis
Et solymas gentes ad vada sc̄a voca.
Diuitias alijs perituraq; regna relinque:
Et nisi celesti non memorare bono.
Premia terrene mentes terrena sequatur.
Regna manent alio nos meliora loco
Noxia multi uole fugias consortia turbe
Sit tua silua domus: terra cubile tuum.
Disperda syluestres tibi dent velamina capre
Squaleat in tonsis os iuuenile comis.

Accole iordanis fruticantia flumina: tollat
Unda sitim: gramen siue locusta famē.
Vade prior: precede meos noue lucifer ortus
Iam meus auroꝝ limina pulsar equus.
Ibimus: ⁊ tecū simul illustrabimus orbem
Luce noui solis: sideribusq; nouis.
Dum cōplexa senē mater virgūcula matrē
Lolloquit. puero tradidit ista puer.
Dū populo sacri caneres noua dona lauacri
Ad vada quę geminis multiplicātur aquis.
Ille puer factus iam corpe maior ⁊ annis
Supposuit digitis ora lauanda tuis.
Iurāgitur tua nūc ad eunt altaria turbe
Et tibi iure dies ista dicata fuit.
Nam deus illoꝝ ne sint iubet irrita vota
Arma clientelę qui subiere tue.
Nos quoq; ne mores dānare putemur auitos
Verbenis gerimus tēpora cinctā tuis
Sic faueas nobis: vt te veneramur oportet:
Nec precibus debet vlla repulsa dari.
Exorare: faue miseris: pia vota secūda
Voce: oculis tibi cor supplicat atq; manu
Ista dies alijs fac sic felicior ad sis
Omnibus: ⁊ clemens ad tua templa veni
Sit amē est q̄sq; qui orare procacitē rousit
Auferat indignas mobilis aura preces.
Hic petet annosē lōgissima tēpora vite:
Alter amicitiam principis: alter opes.
Forte erit ⁊ vetitos demens qui q̄rat amores
Et dominū mitem postulet esse sibi.
Parce iuuetuti: sed luxuriantia muta
Pectora: fert iuuenes impetus atq; furor
Orabit pluriā rapido qui lēditur estu
Forsitan hoc omnes sęmina virq; volent
Vix ferimus rapido flagrantia sidera cancri
Nec pater extinguit iuppiter illa tuus

Jam renouat veteres tellus exusta querelas
Et puero currus extimat esse datus
Arescunt gelidi fontes: moriuntur et herbe
Perdidit infelix pascua læta pecus
Hanc igitur minui si quis rogat imbribus æstū
Agnifer illius sunt bona vota: faue
Desperit absentis reditū noua nupta mariti
Et gemit: et supplex ora pudica mouet
At mulier grauida quæ pignora sustinet alio
Nouaq; iam celeris luna propinquat equo
Da facilem dicit iuuenis sanctissime partū
Ponere cum ventris pondera tempus erit
Languidus auxiliū medice cui defuit artis
Te vocat: et tremulis vocibus ambit opem
His ego nō moueo: nec me terrena remordet
Lura: polos vltra mens animosa volat
De calijs dentur: in eius id sublimius ardoz
Et bona contempto vult meliora solo
Una potens res est me reddere sola beatum
Quæ tibi per versus fiet aperta duos
Esse tuo coram vultu deus optime rerum
Semper: et aspectu liberioze frui
Hoc peto: tu sanctos inter dignissime ciues
Hoc hodie votum ne sit inane: faue
Si puerile licet: gratum tamen istud habebis
Larmen: et vi venias in mea vota precor.

U I J : H I J S S